

& aliquo usque suspendere. Modus latet in abyssō imperscrutabilis sapientiæ: Nobis hæc religioso silentio fidei amplexibus tenenda. Inconsequens porrò: fuerint enim sanè illæ rationes Christo omnes in promptu! quasi verò ex singulari cœlestis Patris placito angelus adveniens & interius nota extrinsecus confirmans non potuerit fieri *enīχων* Christum? Modum conformatiōnis acquirere curiosum est. Satis est, si veram & spiritualem & corporalem conformatiōnem non negemus.

Tertia.

§. 379. III. Ratio ex textu Evangelico prolata nullius est momenti. Ait Vasquez: Lucas ponit conformatiōnem ante agoniam & *εὐχὴν* *ἐκτενέστερον*. E. conformatiōnē non fuit consolatio & mitigatio. Imò verò Christus etiam ante apparitionem *ἐν ἡχούντι* *ἀγέλῃ* fuit *ἐν ἀγορίᾳ*. Voluit enim *παρενθήκαν* *τὸ ποτηνεῖον*. Fuit ergò *ἀγοριζόμενος* contra calicem iræ divinæ. v. 42. Et Matthæus atq; Marcus plenius actus agonias describunt. Fuit *πειλαποστός* *εἰς* *θανάτον* Christus, *ἐνθαυλός*, *ἀδημονῶν* &c. antequam ad preces illas *ἐκτενέστερες* prorueret. Et phrasis *γενόμενος* *ἐν ἀγορίᾳ* non hoc vult, quasi post *οὐ* *ἀγέλῃ* demum cœperit esse in agonia, sicut congruè ad sententiam Vasquii Henr. Stephanus vertit, *quum angustiatur, astuare coepisset*, sed quod fuerit tum temporis, cum ista *οὐ* *ἀγέλῃ* & *εὐχὴν* *ἐκτενέστερον*, fieret *ἐν ἀγορίᾳ*. Quando autem cœperit esse *ἐν ἀγορίᾳ*, aliunde discendum est. Sic v. 40. supra, *γενόμενος* *ἐν τῷ τόπῳ* non significat: *cum* in eo loco esse coepisset, sed *cum* ibi jam esset. Confer in aliis etiam locis usurpatam hanc loquendi formulam, Matt. 13, 21. c. 26, 6. Marc. 4, 17. c. 6, 2. 21. 26. c. 9, 33. Luc. 4, 42. Ioh. 13, 2. Act. 1, 16. c. 4, 11. c. 7, 38. c. 12, 23. c. 15, 25. c. 21, 17. c. 25, 14. &c. Viderunt hoc interpretes etiam Pontificii, quos supra nominavimus, & Barradius sigillatim Vasquezium hac de causa perstringit Tom. 4. lib. 6. c. 14. 1.

Quarta

in qua.

Chrysostomus vindicatur.

§. 380. Quæ idem è Patribus adducit, facilem habent expeditionem. Nam quòd Theophylactum attinet, jam supra expositum est. Quòd Chrysostomum attinet, si omnino contrarius nobis esset, respondere possem⁹ id, vel quod Melchior Canus Episcopus ait lib. 7. Loc. Theolog. c. 3. n. 2. *Unius aut duorum sanctorum autoritas, etiam in his quæ ad sacras literas & doctrinam fidei pertinent, probabile quidem argumentum subministrare potest, firmum vero non potest. Ita despiceret & pronihilo habere, impudentis erit: suspicere & habere pro certo, erit omnino imprudentis.* Atque hanc conclusionem demonstrat ratio illa manifesta, quod cum sanctorum quisq; his duntaxat exceptis, qui libros Canonicos ediderunt, spiritu fuerit humano locutus & aliquando vel in eo errarit, quod ad fidem spectare postea demonstratum est, aperte constat, ex hujusmodi autoritate exploratam fidem fieri non posse. *Quo in loco admonendi sunt hi, qui præceptis Theologiae nullis acceptis, post bonas, quas vocat, literas statim adlectiōnem Sanctorum veterum appellunt animum. Non enim quæcumq; ibi legerint, ea sunt probanda omnia.* Nec quenquam hoc errore duci oportet, ut si Ambrosius aut